



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 21. Hujus Episcopi colloquium cum Cardinale Lotharingio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

fulis prudentia eidem, ut statim literas  
 Oratoribus redderet, auctor exstigit, pa-  
 rique calliditate cum Gualterio agens,  
 ingentem lætitiam specietenus præse-  
 ferebat, eoque, ut inquietabat ipse, ami-  
 cum reperisset, quocum libere, ac sincere  
 conferre posset, eodemque temporis  
 momento simulata fiducia exponebat,  
 quod juste quereretur de sinistra opinio-  
 ne adversus se Romæ concepta ac di-  
 yulgata, perinde acsi contra Synodum ad-  
 versa moliretur. Ad hæc autem Gual-  
 terius reposuit, quod Pontifex hisce ru-  
 moribus nunquam fidem adhibuerit,  
 nec unquam de ejus consiliis, ac doctri-  
 na sinistræ suspicionis umbram ha-  
 buerit.

## §. XXI.

*Hujus Episcopi colloquium cum Car-  
dinale Lotharingio.*

Cum hic Præsul sermonem ad Sy- Pallav. l. c.  
 nodum inflesteret, Cardinalem his epist. Gualt.  
 verbis alloquebatur: „infausto pror- ad Borr. 29.  
 „sus fato perturbatum agendi modum  
 „in Concilio reperio, cum tempus inu-  
 „tilibus teratur disputationibus, omni-  
 „no alienis a necessitatibus Ecclesiæ,  
 „necnon oppositis festinæ rerum execu-  
 „tioni, quam omnes Christiani Orbis  
 „Provinciæ tanquam summe necessa-  
 „riam respiciunt, votisque ardentissimis  
 L 1 2 „expe-



**Sæcul. XVI.**, „expetunt. „ Ad hæc Cardinalis vir  
A.C. 1562. prudens ac circumspctus Præfuli hæc  
in responsis dedit, id Præfulum ope-  
ra, non mea conficiendum est, cum in  
hac Synodo nonnisi privati hominis, o-  
mniue auctoritate destituti vices a-  
gam. Verum mox Gualterius re-  
suit: in ea re simul omnes Legatitan-  
tum efficere nequeunt, quantum sola  
Eminentia vestra valet, non enim aliunde  
Hispanis ad concitandos tumultus a-  
nimus fuit additus, nisi a concepta spe  
fore, ut Lotharingius unacum Gallie  
Episcopis etiam Nationis Hispanice  
Prælatis suffragaturus esset, indeque hi  
majorem auctoritatem in suis Diœcese-  
bus adepturi forent: quamprimum ita-  
que se a vestra Eminentia derelictos  
cernent, ad obsequium, unde digressi,  
mox redibunt. Tum Præfulus a Cardi-  
nale petiit, ac pene rei promissionem  
obtinuit, ut, cum primum is publice  
verba in conventu faceret, Patres hor-  
taretur, ut ea duntaxat argumenta a-  
gitare vellent, quæ magis ad Synodi  
decorum, solidiusque ad salutem popu-  
lorum conducerent.

### §. XXII.

*Cardinalis Propositiones ad Viter-  
biensem Episcopum.*

Per.

